

## Supplementum Epigrammatum Graecorum ex lapidibus conlectorum.

Francisco Buecheler, Hermannо Vsener  
Georgius Kaibel S. P. D.

Epigrammatis graecis quae ex lapidibus conlecta nuper edidi nunc habeo quae addam haud ita pauca, seu recens reperta et in diariis publicis vulgata sive ex libris manu scriptis bibliothecarum Italicarum deprompta, ubi praeteritorum temporum diligentia congesta adhuc latebant, seu denique amicorum beneficio mecum communicata. Et Vobis, viri optimi, qui ad cenam olim vocati non abnuistis, conlibeat iam epipnidem gustare. Sed caveatis velim: nam mea quoque ut Trimalchionis illa Cydonia quaedam mala sunt spinis ita confixa ut nisi diligenter eas evellatis ipsis malis vix oblectemini. Sed hoc ut Vobis cordi erit facietis: nam id habent commodi mensae secundae ut fame expleta quod cuique placeat eligat, reiciat reliqua. Quod superest valete meque ut dudum instituistis amare pergite.

Ser. Berolini m. Ian. a. h. s. LXXIX.

### I. Sepulcralia.

2a. Inter rudera muri Themistoclei. Ectypum vidi apud Kirchhoffium.

Ἀνθρῶπε ὄσ(σ)τείχει[ς] καὶ ἰδόν, φρασὶν ἄλ(λ)α μενοινῶν,  
σῆθι καὶ οἴκιστον σῆμα Θράσωτος ἰδῶν.

VI a. Chr. n. saeculi medii iudice Kirchhoffio; pronomen ὅς v. l. adspiratum (H). — 1 clausula homerica, cf. Od. β 90 νόος δέ οἱ ἄλλα μενοινᾷ et β 34 ὅτι φρεσὶν ἦσι μενοινᾷ, denique α 151 τοῖς μὲν ἐνὶ φρεσὶν ἄλλα μεμῆλει, ut illius aetatis poetam Homeri lectione inbutum fuisse dubitari non possit; φρασὶν autem i. q. φρεσὶν.

58a. In Piraeo apud capnopolam. Dedit C. Dilthey qui descripsit.

Ἡδ' ἔθανε(ι)ν προλιποῦσα πόσιν καὶ μητ[έ]ρα σεμνήν,  
 καὶ κλέος ἀθάνατον σωφροσύνης [ἔ]λαβεν.  
 Ἀριστοκράτεια Κορινθία Θεόφιλος.

IV saeculi; scriptum v. 1 ΠΡΟΛΙΠΟΞΑ — I AEOANEIN testatur Dilthey prius A incertum esse; ceterum pro Θ ubique O sculptum. — 2 ἔλιπεν vel ἔλαβεν Wilamowitz. — Mariti nomen incertum: ΟΕΟC]

84 a. Athenis ad monumentum Lysicratis. Pottier *Bull. de corresp. Hellén.* II 417 lapidem a sinistra integrum esse testatus sic edidit:

O  
 N  
 ΗΝΗΡΑΚΑ  
 ΡΟΥΞΗΒΙΔ  
 5 ΟΥΑΓΟΦΘΙΜ  
 ΡΟΛΙΡΟΥΞΑΜΕ  
 ΟΥΑΝΟΙΚΤΙΞΤΗ  
 ΝΗΣΘΑΛΑΜΟΥ

Versus septimi quoniam certum est supplementum idque etiam a Pottiero inventum ἀνοικτίστης Περσεφόνης θαλάμου, reliqui versus facile perspicitur quot quisque litterarum iacturam fecerint. Fuerunt tres hexametri, primus ab O littera (v. 1), secundus ab ΗΡΑΚ ΛΕΙΑ defunctae nomine (v. 3), tertius ab — ΟΥ ἀποφθιμένη (v. 5) incipiens; subiectus denique pentameter, quae eadem metrorum compositio in titulo attico est *Epigr. gr.* 67. Fragmentum igitur quamquam de apographi fide non nihil dubito sic possit refingi:

— — — — —  
 Ἡράκλ[ει] ἐρατὴν προλι]ποῦσ' ἥβην [πόσιός τε  
 Φαίδρ]ου ἀποφθιμ[ένη μέγα]ρα π[ρο]λιποῦσα με[τέσ]χεν  
 κοιν]οῦ ἀνοικτίστη[ς Περσεφό]νης θαλάμου.

in quibus cum displiceat duplex προλιποῦσα participium tum incerta est viri et mentio et nomen, mira duplex primi pedis incisio trochaica ceteroqui rarissima, insolitum denique quod bis accidit, ut extremo versu coepta sententia sequenti demum absolvatur.

184 a. Corcyra in insula. Litteris minusculis edidit Io. A. Romanus *Mith. d. deutschen arch. Instit. in Athen.* 1877 II 290 sq. cum Koehleri adnotatione.

Φιλίστ[ιον χαῖρε]  
 Δοιαὶ μὲν δεκάδες σε τελειότων ἐναντιῶν  
 ἤδη καὶ τριτάτου κύκλος ἐπείχεν ἔτεες,

μισογομένα φθιμένοισι, Φιλίσπιον, ἀνίκα π[ένθος  
 ματρὶ πολυθρήνῳ κάλλιπες Ἀρπαλίδι.  
 5 δῶμα δ' Ἀριστάνδρουο λεονχότος ἄκριτον αἶ[σαν  
 καὶ τέκεα κρυερᾷ θῆκας ἐν ὀρφανίᾳ ·  
 Ἀγῆρος κλυτὸν αἶμα, σὲ δ' ὕστατον ὕπνον ἐλο[ῦσαν  
 πικρὸς ὁδὲ ζοφερᾷ τύμβος ἔδεκ[το κόνει.

II a. Chr. n. saeculi teste Romano, qui supplevit. — 1 τε-  
 λειοτόκων ἐναντιῶν satis quaesite dictum i. q. περιτελλομένων ἐναντιῶν.  
 — 3 μισογομένην traditur lapicidae errore qui verborum ordinem non  
 intellexit. — 6 post ὀρφανία gravius distinxi, cf. Callim. h. Del. 106  
 Ἥρη, σοὶ δ' ἔτι τῆμος ἀνηλεὲς ἦτορ ἔκειτο, coll. *ibid.* 316. — Ceterum  
 notatu digna nomina sunt et Harpalidis matris et Agenis proavi,  
 quamquam obscurum est quis fuerit Agen ille, cuius nomine Py-  
 theas Harpali irrisor satyricam suam fabulam inscripsit.

Ante n. 216 (215 a). *Ibidem* (i. e. Paro in insula) Cyriacus  
 cod. Florentini biblioth. Riccard. 996, unde descripsi. Omisit Rie-  
 mann, qui pedestri sermone scriptos illius syllogae titulos edidit  
*Bull. de corresp. Hell.* 1877 I 81. 134. 286.

Ἡρπάχθῃ μεγάρ[ω]ν Μάρκον [δ]άμαρ, οὐδὲ προσεειπε[ῖ]ν  
 κοιρίδιον γαμέτην Πῶ[λλ]α φίλον φθαμένη,  
 ἡρπάχθῃ δαίμων δὲ πικρῆς οὐ λήθετο μοίρης,  
 ἀ[λλ]ὰ καὶ ἐν μεγάροις νύκτα λ[ε]ιπόμενον  
 5 Ρούφον ἄφρων ἦρπα[ξ]ε, δόμους δ' ἤχ[λ]υσ' ἐλεεινοῖς  
 κήδεσι, καὶ γοερῇ πᾶσ' ἐδάκρυσε πόλις.  
 ἀλλὰ Τύχης οὐκ ἔστι φνγεῖν ἀμετ[ά]τροπα δῶρα,  
 Μάρκε· τ[ί]ς ἀπλήστου πένθους [ὦ]φελίη;  
 τέτλαθι· καὶ γὰρ ἄνακτες ἀμ[ε]ιδήτω ποτὲ πένθει  
 10 κύρσαντες τοίης ἄλγος ἔχουσ' ὀδύνης.

I vel II p. Chr. n. saeculi epigramma elegans. — 1 μέγαρον  
 — αμαρον δὲ προσεῖπεν, προσεπειν dedi ex Wilamowitzii con-  
 iectura. — 2 πῶμα — 4 ἄμα — λπόμενον quod quia non in Cy-  
 riaci autographo versamur emendandum putavi. — 5 ἦρπασε —  
 δηχδης — 6 πᾶσ' ἐδάκρυσε πόλις totidem verbis *Epigr. gr.* 493, 6.  
 — 7 ἀμετροπα. Parcae ἀμετάτροποι vocantur h. *Orph.* 59, 17 Herm.  
 — 8 τῆς — ὀφελίη — 9 ἀνμιδήτω quod non scripsi ἀμιδήτω, cf.  
 ad v. 4. ἀμείδητον Τάρταρον vide *Epigr. gr.* 575, 2.

229 a. Erythris Smyrnam translatus. Μουσείον καὶ Βιβλιο-  
 θήκη τῆς εὐαγγελικῆς σχολῆς Smyrnae 1878 p. 60. Melius Lollingii  
 apographum vidi apud Kirchhoffium.

. . . . τ]όδε σ[ῆ]μα μήτηρ ἐπέθηκε θανόντι  
Φανοκρίτῃ παιδ[ὶ] χαριζομένη.

VI a. Chr. n. saeculi. — Ab initio unus versiculus periit, ubi nomen fuit pueruli. — 1 ΗΟΔΕ pro matre olim ut metro satis fiat patrem fuisse cogita; cf. *Ep. gr.* 9. 14. — 2 simili modo pentameter corruptus *Ep. gr.* 51 Ἀρχεσιράτην ἀνδρὶ πο-  
θαινοιάτην.

264 a. Thera in insula. Weil *Mitth. d. arch. Inst. in Athen* 1877 II 78.

Θεοτειμήτος Θεοτειμήτου τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα Ἀμμίαν Σωσίμης τὴν  
πᾶσιν ἐν ἀνθρώποισι φίλη[ν],  
τὴν σεμνῶς καὶ ὁσίων συνβι[ώσα]σάν μοι ἀμέμπτως στοργῆς καὶ κα-  
λοκάγαθίας, ἧς ἔσχεν ἐς ἐμέ, ἀφηρόισεν.  
Verba πᾶσιν — φίλην (scriptum traditur ΦΙΛΗΤΗΝΟΕΜΝΩΟ)  
tamquam ex noto aliquo carmine citata prosae orationi media  
interposita: unde sumpta sint nescio. — Vxoris mater Ζωσίμη  
fortasse nominata fuit.

Ante 299 (298 a). Μουσεῖον καὶ Βιβλιοθήκη τῆς εὐαγγ. σχο-  
λῆς Smyrnae 1878 p. 64.

Τῆς ἑκκαδεκέτους . . . . .

καὶ στέλαν γενεῆς μά[ρ]τυρα . . . . .

πέμπτα μὲν γὰρ μηνὸς . . . . .

ἡρέφθη, πέμπτα δ' ἐς τάφ[ον] αὔθις ἔβη.

5 ἐν δ' ἡμῶν καὶ μαῦα κόρη . . . . .

ἣ παρέχον βιοτὰν εὐτοκον . . . . .

Videtur puellae epitaphium quae eodem mensis die quo nata est  
mortua dicitur, cf. ad n. 416a in hoc Supplem. — 2 puellae na-  
scendi condicio nescio qua re memorabilis fuit, de qua narratum puta  
v. 5 sq; ideo enim cippum γενεῆς μά[ρ]τυρα [θανυμασίης] dici patet.  
— 3 sq. velut ὑπὲρ γαστρός ποτε μητρὸς — ἡρέφθη. — 5 sq.  
nihil intellego.

302. Novum apographum lapidis valde detriti editum in Μουσ.  
κ. Βιβλιοθ. τῆς εὐαγγ. σχολῆς Smyrnae 1878 p. 34.

Κερ]οπίας [ἀπὸ γῆς ποτ' ἀφικμέν]ον ἄνδρα Μένιππον

ὠκ]ύμορον κ[εύθει γαῖα Χίος φ]θίμενον,

χερ]σὶν ὑπ' ἀστορέπτ[οι]ο καθαρπασθέντα Χάρων[ος

. . . . κτους ἐνέρω[ν . . . ] σκοπίους θαλάμους,

5 εἴκοσι καὶ δὴ' ἐ[τῶν βαι]ὰς ἀνύσαντα κελεύθο[υς,

αἰν]ητὸν φιλίας ἀκ[ρο]σ[τάτης] φύλα[κ]α.

τῶ δὲ σ[ο]ρ[ὸν] τεύξ[ας] nomen δ' κ[ράτιστος] ἐταῖρος

στ]οργῆς καὶ φθ[ιμένω] τα[ῦτ' ἀπ]ένειμε γέρα.

10 ὦ παροδ[οι]πό[ρε] [τῇ]νδε κ[ατ'] ἀτραπὸν δς παροδεύεις  
 . . . . . πάριθι

Singula recte editor supplevit v. 2 ὠκίμορον et φθίμενον, v. 3 totum, v. 5 ἐτῶν, v. 6 αἰνητόν. — 1 sq. Chius homo Athenis sepultus *Ep. gr.* 88. — 4 οἰμω]κτοὺς ξ. εἰς σκ. 9. Buecheler. — 5 βαιός quod posui non satis facit. — 6 ἀκ[ριβε]ο[ς] φύλακα editor. Traditis si adcuratius insistere velis scribendum . . . τὸν φιλλίος ἀκ[ροτάτ]ο[ν] φύλακα. Sed lacunarum spatia nimis incuriose indicata invenies. — 7 . . . . . O.ON τεῦξ[ε] editum. — 8 . . . . . ἰργῆς καὶ φθ[όνου]. ΤΑ . . . . . ἐνεμει — 9 . . . . . ΛΟΙΓ . . . . . ΡΕ . . . [κ]ατ' ἀτραπόν, tamen certa sunt supplementa — 11 sq.:

. . . . . ΔΕ . ΕΜΟΥΣΟ . . .  
 . . . . . ΕΟΡΓ . . . . .

302 a. Metropoli Lydorum. Fontrier Μουσ. κ. Βιβλιοθ. τῆς εὐαγγ. σχολῆς Smyrnae 1878 p. 88.

. . . . . πολέκλα[υ]τον [τὸν] νέον ἡλικίην.  
 τίς γὰρ ἐγώ; Πολέμαρχος ὁ δ[ύ]σμορος, ὦ τὰ παλαιότερης  
 ἡμερὰ μούνη μοι βάρβαρ' ἔτενξε τύχη·  
 οὐ γὰρ ἐμὲ στυγερὴ νόσος [ἔκ]τανεν, ἀλλ' ἐν [ἀ]έθλοις  
 5 δῆρις ὑπὲρ νίκης ὦ[λεσε] πανκρατ[ί]ου.  
 εἰκοστὸν . . . . . ΟΝΩΣΕΙ

Litterae vulgares. — Supplevit editor, nisi quod male intellexit v. 1, ubi traditur ΛΥΚΛΑ . ΤΟΝΝΕΟΝΗΛΙΚΙ; adiectivum πολέκλαυτον cum certum sit certusque etiam pentameter non dubitavi articulum τὸν facili lapidarii errore omissum supplemento reparare; νέος ἡλικίην *Epigr. gr.* 428, 1. — Ante v. 1 sedecim litterarum spatio seiuncta ab ΛΥΚΛΑ leguntur Ν . ΗΙΔ — 6 xvii litterae perierunt.

302 b. Smyrnae. Μουσ. κ. Βιβλιοθ. τῆς εὐαγγ. σχολῆς Smyrnae 1878 p. 53.

Οὔτε νόσος στυγερὴ με διώ[λεσεν], οὔτε μοι αἰνὴ  
 γήραος ἀχθεινοῦ πνεῦμ' ἀ[πέωσε] βία,  
 ἀλλ' ὑπὸ ληιστοῦ πυρὸς ἔφθι[μαι] . . . . .  
 . . . γω, πυρκαϊήν τ' ἐνπεσο[ν] εἰς ὄλοήν.  
 5 ἡματι δ' ἐν τριτάτῳ ζῶν κα[τέλειπον] . . . . .  
 τετράκι τὰς ἐτέων πλη[σάμενος] δεκάδας.  
 ξεῖνε, σὺ δ' εἰδ[ε]ῖς Νικοκρά[τεος] . . . . .  
 κείμενον ἐν ταύτῃ [γ]ῇ δέ[μας] . . . . .

1 cf. epigr. praeced. v. 4. — 1 sq. διώλεσεν οὔτε μ' ἀνείλε — πνεῦμ' ἀ[λεγεινὸν ἀέν editor. — 3 ἔφθι[μαι ἀργαλέω τε λοι]γῶ idem. — 4 ἔνπεσον ἀρπαλέην editor, idemque v. 5 κατέλειψ' ὀδυνή-  
ρην quod quam sit ineptum patet; fuit tamen adiectivum ad  
ζώην referendum. — 6 πλη[σάμενος περᾶτας] editor nescio quo  
sensu. — 7 σὺ δ' εἰδοίης editum, quod dubitanter correxi; potest  
enim esse σ' δ' εἰδοίης, cui tamen non invenio quod addam. —  
8 τῇ δε.

**313 a.** Repertum εἰς Κοῦλα, quod videtur oppidum in Smyr-  
nae vicinia esse. Μουσ. κ. Βιβλ. 1878 p. 41.

Χαῖρ' Ἐρμυ(π)ε ποθιτέ, ζητούμενε πᾶσι βροτοῦ[ι] ·

εἰκοστὸν γὰρ ἔτος μὴ πληρώσαντά σε μοῖρα

ἤρπασεν ἀκύμορον, αἰδῖος θάνατος.

1 ποθούμενε quod metro aptum erat patet cur scribere noluerit;  
cf. *Ep. gr.* 503. — βροτοῖς · traditum. — 3 potuit melius αἰδίου  
θανάτου.

**416 a.** Ex Aegypto Massiliam perlatum, ubi in museo Borelli  
(collectionis Clot-Bey) descripsit G. Lumbroso amicus.

Ἡρώνας θυγάτηρ πολυπενθῆς Ἀρτεμίδωρα,  
ὃν Ἀθήμηρος ἔτευξε τύχη στεφάνοιο προ[φ]ή[τ]ην,  
ἀνέρος εὐγνώστοιο περιφρονος ἐνθάδε κείμεναι,  
(οὗ μέροπε[ς] ποίησαν ἐπώνυμον ἐνθα Σελέμβρι).

5 εἰμὶ δ' ἐτῶν ὀκτώ καὶ ιεσσεράκοντα λιποῦσα  
φῶς γλυκερὸν ζωῆς, γενεθλήμιον μῆνα ἄγουσα ·  
λείπω δ' υἱέα μούνον, ὃν ἴσα τέκεσιν ἅπαντες  
ὄρφανὸν εἰσορόωντες αἰεὶ φιλέοιτε πρεπόντως.

εὐθύμει.

Litterae infimae aetatis. — 1 melius scripsisset πολυπενθῆος. — 2  
ΠΡΟΤΗΥΗΝ corr. ipse Lumbroso. — Hero Artemidorae pater ex  
graeca aliqua urbe oriundus, ubi Cereris sacerdotium sortitus erat  
(cf. *Ind. C. I. G.* p. 39 s. v. *προφήτης*), in Aegyptum sedem trans-  
tulerat ibique Selembei nomen nactus erat. — 6 poeta voluerat  
γενεθλήμιον ἡμᾶρ ἄγουσα. Ex vasta exemplorum nube unum pro-  
mam editum in *Bull. municipale* 1875 III 158 'vivit a. XIII,  
qui die natali suo, hora qua natus est obiit'. Cf. *Ep. gr.* 518. — 9  
εὐθύμει i. q. θάρσει, quae crebrior est defuncti conpellatio.

**479 a.** Tegeae repertum anaglyphum, ubi nunc Akhuria vicus.  
Solum v. 6 ed. Foucart-Lebas n. 345 i. Totum edidit Roehl *Annal.*  
*Fleckeis.* 1878 p. 600, qui et temporis angustii et luce deficiente  
inpeditus descripsit.

Σωτηρ[οῦ] χαῖρε  
Ἀπολλωνία χαῖρε.

Πάντων Ἀζάνων με διάκρειτον ἤθρσι καὶ νῶ,  
..... κάλλει μοῦρ' ἐπέδρσε λυγρά·  
β[έβ]λητ[αι] δ' ἐπ' ἐμ[οῖ] πατ[ρ]ὶνὴ κόνης, εἰμὶ δὲ μητρός  
Σωτήρ[η]ς· θνή[σ]κω δ' ἐν[νε]ακιδεκέτης.  
Ἀγαθόπου χαῖρε.

In praescriptis CΩTHPΩ \ corr. Roehl. — 1 AAZΩNΩN videtur errasse lapicida et transposita altera A et falso iterata Ω littera. — v. extr. HOECIKA, v. 2 incipit KΑΛΛΕΙ; lacunam in lapide esse negans Roehl scripsit ἤθρσι, κάλλει; litteras KA lapidarii errore iteratas, pentametrum autem dimidia parte mutilum esse. Mihi quid erratum videatur significavi. — 3 sq. suppl. Roehl idemque v. 4 ΘNHKΩ in lapide legi adfirmat. — 4 CΩTHPIC Σωτηροῦς Roehl; at quae praescripta sunt possunt sororum nomina esse.

481 a. Dymae. Ex suo apographo Duhn *Mith. d. arch. Inst. in Athen* 1878 III 73.

.....  
τίκτε με δ' Ἀρκαδίας Μεγ[άλη] πόλις, οὐνομα δ' ἀνχῶ  
Καρνεάδα[ο] πατρός Συμφορὶς οὔσα γένους·  
ζῶας δ' εἰκοστὸν χῶγδοον ἡνωσάμαν.

Ἰλαρος Καίσαρος δοῦλος συνβίῳ εὐσεβεστάτῃ.

II vel III saeculi. — 1 sq. suppl. Duhn. — nihil nisi hoc nomine *Symphoris, Carneade patre prognata*. — 3 nota adspiratum ὄγδοον.

481 b. Thyrii Acarnanum in oppido, quod nunc Sti Basilii vocatur, duarum horarum spatio a Bonitza situm. Kirchhoffio, qui mihi dedit, Phinticles misit, professor Atheniensis, ex suo apographo.

Πατὴρς μὲν Κάσσωπα, πατὴρ δέ μοι ἦν Μενέδαμος,  
ματὴρ δ' ἐξετέκνωσεν Ἀριστοκράτει· Ἐχενίκαν·  
δισσὰ δὲ τέκνα λιποῦσαν ὁ παντοβαρῆς λάβεν Ἀδης,  
ἄκρειτον ἀστόργου θηρὸς ἔχων κραδίην.

5 ἀνδρὶ δὲ τέκνα ἔλιπον Ἀνσιξένῳ ἡδὲ γονεῦσιν  
ὄρφανὰ ταῦτα τρέφειν ματρός ἔρημα νέας.  
ἀμετέραν ἀρετὰν οὐ φθέγγομαι· ἅ γὰρ ἀτέρμων  
πᾶσα τῆς Ἡπείρου γαῖα φέροπιλος ἔρεϊ.

Ex apographi ratione, quippe quod minusculis litteris scriptum sit, cum nequeat aetatis indicium repeti, epigrammatis ipsius indoles inferiorum videtur temporum esse, nisi quod extremum distichon, cui poetae inscitia pro rerum necessitate v. 8 metricum vitium intulit foedissimum, ex meliore et antiquiore exemplo sumptum puto.

— 2 nomina pentametro non apta. — 3 videtur Ἀδης ὁ παντο-  
βαρῆς Charonis hic partes agere, cuius cymba omnibus mortuorum  
umbris oneratur, cf. A. P. VII 365 ex Dilthei emendatione νεκῶν  
βάριν ἐλῶν ἀδινῆν. — 7 sq. cf. *Ep. gr.* 78. — 8 pro τῆς Ἡπειρου  
olim fuit aliud nomen velut Μακηδονίης.

549 a. Romae. Amati cod. Vatic. 9753 ante f. 13 ex suo  
ut videtur apographo. Marini cod. Vatic. 9116 f. 159', cui dedit  
abbas Vernazzo.

Θρέψε μ' Ἀλεξάνδρεια, μέτοικον ἔθ[αψε δὲ Πώμη,  
αἱ κόσμον καὶ γῆς, ὧ ξένε, μη[τροπόλεις,  
πάντων μὲν μακάρων ἀγνὴν λά[τρην· ἡ δὲ μ' ἐπαινή  
γῆραος ἐκ δολιχοῦ εὐσατο Φ[ερσεφόνη.

5 εἰ καὶ γηροκόμος με σοφὴ διεσώ[σατ' ἀδελφῇ,  
ἐλλ' οὖν εὐσεβέων ἄσμενος [ἦλθε μόρος·  
τοίγαρ, ἄνασσ', ἦν πρόσθε[ν] ὑπαί [βωμοῖσιν ὅπως,  
παρ ποσὶ σοῖς εὐφρων δ[έ]ξο Διοσκορίδα.

II fere saeculi. — 1 extr. ΕΘ Marini, ΕΕ Amati, qui ἐθαύμασε vel  
ἐθάηκατο Πώμη proposuit. Poeta vitata trochaica incisione videtur  
θάψε scripsisse; μέτοικον dubius haereo ad priorem an ad posteriorem  
enuntiati partem referam; ad priorem revocat metrica ratio, al-  
terum suadet sententia, cf. *Ep. gr.* 330, 6 ἡ δ' εὐδαίμων Μυτι-  
λήνη σῶμα μετροκίσατο. — 2 suppl. Amati. Verba κόσμος καὶ γῆ  
universum terrarum orbem complectuntur; paullo aliter *Ep. gr.*  
*Add.* 874 a ἱπέρτατε κοίρανε κόσμον καὶ χθονὸς Σάραπι. — 3 λό-  
τρην ἔσοχ' εὐῶσαν Amati. Novum efficiendum erat enuntiatum ab  
δὲ particula incipiens, ut μὲν haberet quo referretur. — 4 suppl.  
Amati. — 5 διέσωσε λατρείῃ vel διεσώσατο τέχνη Amati, alterum  
placuit etiam Wilamowitzio; at debebat aliquid indicari tamquam  
vitae retinaculum, ut opposita pentametri sententia intellexeretur  
'habui quidem sororem vitae meae altricem, propter quam vivere  
vellem, sed ad beatorum sedes quod vocabar exoptata mihi mors  
venit'. Filiae patris γηροκόμοι *Ep. gr.* 536, 4. — 6 ἄσμενος αἴλιν  
ἔβην Amati, ἄσμενός ἐστι δόμος Wilamowitz. — 7 ΠΡΟΘΕ // // ΠΑΙ  
Amati, cuius supplementum, etsi non placet dictio haud elegans,  
recepi. Displicet quod ipse excogitaveram ὑπ' αἰθέρος ἥνεσας  
αὐγαῖς. — 8 Δ . . . . ΖΟΔ Marini, Λ/ΞΟΔ Amati, qui δέξο  
Διοσκόλιδα coniecit. Nomen fuisse certum est. — Quos in postica  
lapidis parte latinos esse titulos dicunt ad epigramma nihil pertinent.

555 a. Romae. Amati cod. Vatic. 9770 in folio soluto.

Τίμβρος ἔχει . . . . . σ]ῶμα θανόντος  
δν μοῖραι . . . . . ]δάμασαν.

ψυχὴν δ' . . . . . ] ὄρθριος ἄστρων  
 . . . . . εἶδεν ἀπο]πταμένην.

II fere saeculi. Sententiam indicavi, quae v. 1 sq. plana est; altero disticho (ubi traditur ΟΡΟΡΟC, in marg. ΟΡΘΡΙΟC) multa fingi possunt, velut ψυχὴν δ' ἐκ ῥεθίων ἀστὴρ γλυκὺς ὄρθριος, ἄστρων

λαμπρότατος πάντων, εἶδεν ἀποπταμένην,

ut obitus hora indicata sit, sicuti factum *Epigr. gr.* 149, 6. Videtur autem poetae Meleagri versus obversatus esse A. P. V 177 ἄρτι γάρ, ἄρτι — ὄρθρινός ἐκ κοίτας ὥχεται ἀποπτάμενος (Amor fugitivus).

569 a. Romae. Cod. Vatic. 5253 f. 350 in scheda singulari. Cod. Flor. Marucell. A 188 n. 94 ex schedis Donii (a Gorio collectis), qui habuit ex schedis Vaticanis.

Θ(εοῖς) καταχθονίοις).

Τόνδε τοι, ὦ Πάρι, τύμβον ἐποιήσαντο, προμοίρως  
 εἰς θανάτῳ τέλος, δόσμορ', ἀπερχομένῳ,  
 ἥλικες · ἀλλὰ σὺ τοῖον ἔχ[ο]ις νόον, ὄνπερ ἔχεςκες,  
 μίλιχον ἐν ζωῇ, μίλιχον ἐν θανάτῳ.

Litterae vulgares. — 4 cf. *Epigr. gr.* 243, 15 ὄλβιε καὶ ζωῆς, ὄλβιε καὶ θανάτῳ. Agathiae A. P. VII 606 ὄλβιος ἐν καμάτοις, ὄλβιος ἐν θανάτῳ *Ep. gr.* l. s. s. v. 10 ἔσοχ' ἱητορίης, ἔσοχε καὶ σοφίης. A. P. VI 182, 4 ἴδρι τὰ καὶ γαίης, ἴδρι τὰ καὶ πελάγευς. Leonidae *ibid.* 188, 6 πρῶτα διδοὺς ἄγρης, πρῶτα καὶ ἀντιπάλων. *Ep. gr.* 994, 6 ἄξια καὶ Μουσῶν, ἄξια καὶ Χαρίτων.

576 a. Apud Turrim quae Sapientiae dicitur rep. a. 1861. Ex actis ministerii Pontificalis commercio praepositi.

Ἄρτι με γενομένην ζωῆς βρέφος ἤρπασε δαίμων,  
 καὶ οὐ πατρὸς εἶδον [ἐ]γὼ τύπον ἀλλ' ἔθανον  
 ἔνδεκα χρησαμένη μηνῶν φάος, εἴτ' ἀποδοῦσα ·  
 κεῖμαι [δ'] ἐν τύμβοισι τὸν αἰὲ χρόνον,  
 5 μηκέθ' ὀρ[ω]σα τ[ὸ] φῶς.  
 σὺ δ' ἀναγνοὺς κλαῦσον,  
 ξεῖν[ε], τὸν Εὐνόης τύμβον [ἀμειβόμε]νος.

v. 1 integer hexameter idem legitur in tit. Cotiaensi *Ep. gr.* 371 et in Romano *ibid.* 576; v. 2 pentametrum feceris inserto articulo [τὸν] τύπον, itemque v. 7 restituta forma *Εὐνόης*, v. 3 hexameter integer, reliqua versuum membra incondita. — 2 ΑΓΩ idem error v. 7 accidit, ubi ΕΙΝΑ exsculptum. — 3 undecim vitae menses mutuata reddidi, cf. *Ep. gr.* 387, 10. 522, 8. *Add.* 772 a, 4. — 4 ΚΕΙΜΑΙ:::EN — 5 ΟΡΜ | CATΦΩC.

\* 605 a. Romae in monte Esquilino. Brizio *Pitture e sepolcri sull' Esquilino* (Romae 1876) p. 107, n. 475. In museo Kircheriano descripti.

Τύραννος κωμωδὸς ἔζησεν ἔτη ιη.

Τῆς ἑ[νεκ]εν φίλης Χρυσέως καὶ παιδὸς ἀρετῆς  
τὴνδ' ἐπὶ τῷ μνήμῃς εἵνεκ' ἔθηκε Πάρον.

1 THC' EICEN' sic plane scriptum: ἥς ἔνεκεν φίλης — καὶ παιδὸς Ἀρετῆς temptavit Wilamowitz; sed diffido. — 2 τήνδε Πάρον hanc marmoream tabulam, nam pario de marmore facta non est. Metonymiae audacissimae exempla non suppetunt.

Ad 611. Accedunt duo disticha ex schedis Sirmondi cod. Paris. suppl. lat. 1417, 23 et 1419, 226, quarum notitiam debeo Henzenio.

Θρέψε πάτερ Πάμῃ κλυτὸς ἡνίοχος Πολυνείκης  
νῆε δύο Μακάριν Τατιανόν τε Κάσιν.

μοίρῃ] δ' ἐν σταδίοισιν ἀγαλλομέν[ον]ς κρατεροῖσιν  
ῆρ]πασεν ὠκυμόρους · τίς φθόν[ος] ὧδ' ἄνομος;

5 Θα]ρσεῖτον, δύο παῖδε τεθνηκ[ότε]· καὶ Διὸς] νιώ.  
κοι]νὸν ἐπεὶ μερόπων πᾶσι μ[ένει] τὸ τέλος].

4 φθόνος ideo potest ἄνομος dici quod iuvenes παρὰ ἡλικίας νόμον ante patrem obierunt. — 5 ΤΕΘΝΗΚΕ . . . . . ΥΡΩ cod. 1419, ΥΙΩ cod. 1417; praeivit Wilamowitz τεθνηκότες ὡς Διὸς νιώ. Simili breviloquentia *Ep. gr.* 502, 18 ἥς δ' ἔλαχέν τις — μοίρης, ταύτην ἐκτελέσει· καὶ γὰρ βασιλῆς. — 6 in. NOH cod. 1419, HON cod. 1417. Verborum ordo hic ἐπεὶ τὸ κοινὸν τῶν ἀνθρώπων τέλος πᾶσι μένει. Genetivus adiectivo κοινός iunctus etiam *Ep. gr.* 534, 2 τὴν κοινὴν πάντων — ἀτραπιτόν. De verbo μένειν c. dat. v. Hauptii *Opusc.* I 81. Articulo nisi aegre careri putarem, praeferrem quod Wilamowitz coniecit πᾶσιν vel παισὶν ἔπεσα τέλος.

618 a. Ostiae. Amati cod. Vat. 9754 f. 4', cuius supplementis utitur Sarti in schedis a. 1829.

Ἡρωδιανὲ χαῖρε.

Παιδείην ἥσκησα [κα]ὶ εὐσεβίην προέκρυνα·

ε]ῖ ποιέοντος ἔμο[υ] ψυχῇ νῦν] θεοῖσι συνοικεῖ.

1 παιδείαν ἥσκησεν in tit. Larymnensi *Ep. gr.* 493, 3. — ΛΙΕΥ-ΟΕΒΙΗΝ — 2 CY — ΕΜΟΙ | ΗΘΕΟΙΟΙ ψυχῇ supplevit qui reliqua emendavit Amati; νῦν addidi invito fortasse poeta.

618 b. Romae ad viam Nomentanam. Ex Viscontii abbatis apographo Marini cod. Vat. 9125 f. 76 et 9133 f. 262.

Παιδείῃ γενεῇ τε [καὶ . . . . .

Πλωτιανὸς μέγ[ας] ὦν . . . . .

ἐπὶ δ' ὑπὲρ δέκ' [ἔτη ζήσας . . . . .

II fere saeculi. — 1 cf. *Ep. gr.* 224 ἡ γενεὴ δόξῃ τε καὶ ἐν Μούσῃσι Τύριννα ἔξοχος. — 3 primarum octo litterarum summi apices supersunt, quos recte interpretatus est Marini.

623 a. Fundis repertus lapis nunc in villa Ciceronis prope Caietam, ubi descripsit Mommsen C. I. G. III Add. 6431. Versus esse nuper demum intellexi.

ἄλλος, φιλόλογ[ος] πρέσβυς, ἑμοδ[ούλοις] φίλος.  
οὐ δ' ὁ παροδευ[ων] χαῖρε καὶ ταῦθ' ἰστό[ρει].

2 insolentius viator prius valere, deinde legere iubetur; sed χαῖρε formula etiam adventantem salutari ex Homero notum est.

635 a. Loco ubi repertum sit non indicato in cod. Barberino XXX 136.

Τέντις ἔτευξεν ἄριστον ἀδελφίον εἰκόνι σεμνῇ.

Τέντις nomen corruptum videtur. — Verbi τεύχειν structura barbara ad similitudinem verborum *donare*, *impertire* sim. ficta.

639 a. Romae ad S. Spiritum. Marini cod. Vat. 9118 p. 17.

Ταρσέα Μουσαῖον φθίμενον κατεδέξατο γαῖα  
Ἰταλὶς . . αἰαῖ, ποῖ πόθεν ἦκε θανεῖν.

Litterae rotundae. — 2 lacunam, quam nescio poetae an lapidario an ei denique qui descripsit tribuam, ita reparaveris Ἰταλὶς ἥδ' αἰαῖ κτλ'. vel si hiatum neglegas Ἰταλική· αἰαῖ κτλ'. Sed Ἰταλὶς adiectivum haud facile crediderim errore inlatum.

640 a. Romae. Lanciani *Bulletino arch. communale* VI 110.

Θ(εοῖς) κ(αταχθονίοις)  
Ποντιανοῦ παῖς κεῖτ' ἐνθάδε Βαρβαριανός,  
τόν ποτ' Ἀμασιῖτις ἔθρεψε, νέον δ' ἠρπάξεν ὁ δ[α]ίμων.

Litterae vulgares. — 1 Ποντιανοῦ hoc loco dispondeus est. — 2 ΔΙΜ(Ν) quod editor Minervinio suasore λιμός legit. Verum vidit qui mecum communicavit M. Fränkel.

643 a. Fulginii. In schedis Gorii cod. Flor. Marucell. A 6 et A 10. Marini cod. Vatic. 9128 ex suo apographo. Est etiam in schedis Holstenii cod. Vat. 9141.

Θ(εοῖς) κ(αταχθονίοις).  
Ὡδὲ Λύκα κείμε· ἀπὸ Κρήτης ἥ[λθ]α δι' ἄνδρα,  
καὶ ἡ βασιλὶς Πώμη ὥδ' ἐ με ἔξέθετο.

1 ΗΩΛ omnes. — 2 post ἐξέθιτο cod. Mar. A 6 haec CIKF |  
VΩΚΕΙΜΑΑΝΔΡΑΓΑΡΕΓΔ

ZOMN

et similiter reliqui nisi quod pro VΩ Marini //NΩ, Holstenius NΩ habet, subscripta cod. A 10 sic: ///OMH, Holstenius KONN, Marini KOMΔ. Ego non expedio.

\* 645 a. Romae in aede S. Franciscæ Romanæ descripsi ex sarcophago.

Ἐνθάδε τῶν πρόσθεν φθιμένων πατέρων ἀλόχων τε,  
νύων θ' νύωνων κηδεστῶν τ' ἡδὲ τε πηῶν  
εἰκόνες, ἃς θῆκεν Διονύσιος, ὥς κεν ἀπάντων  
κείνων μνημοσύνη τις ἐνὶ ζωοῖσι φέρεται.

IV fortasse saeculi. — 4 litterarum τις ἐνὶ ζωοῖσι summi apices supersunt.

655 a. Romae. C. L. Visconti *Giornale Arcadico* 1856 vol. 144 p. 56.

PONBAI

. . . . . καὶ ὠμαδιοὶ χο[ροῖσιν]  
. . . . . οὔνομα κεκλόμ[ενος]  
. . . . . ὅ[μ]ιμος ἰδὲ κενὴ [παράκοιτις]  
. . . . . Ἐ[παφροδεῖτος] ἑμοῦ  
5 . . . . . ἄλοχ[ος] Πανθήα τ' ἔσ[κε] σύναιμος  
. . . . . πάντ[ε]ς ἑμοῦ στοναχαῖς τε γόοις τε  
. . . . . δακρύων χέον· οὐ γὰρ ἔδω[καν]  
μοῖραι ἰδεῖν ἄλοχ[ον], οὐκ ἔρατοὺς θαλά[μους].

Litterae rotundae praeter E, sed notum est in diariis italicis ad novissima paene tempora pro forma rotunda propter typorum inopiam quadratam formam E exprimi solere. — 2 ὠμάδιοι χοροί quamvis miri dubii non videntur. Διόνυσος ὠμάδιος in h. Orph. XXX 5, ubi v. Gesneri adn., et LII 7 ὠμάδιε, σκηπτούχε, χορομανές, ἡγέτα κόμων. — Inde a v. 4 nominantur qui defuncto caelibi funus prospexerint: frater eiusque uxor (v. 3), [κηδεστῆς] Ἐ[παφροδεῖτος] (v. 4) eiusque uxor, denique Panthea soror (v. 5), qui omnes fletu gemituque defunctum circumsteterant; ipsi enim Parcae uxorem non dedere. — 5 ΠΑΝΘΙΑ<sup>Π</sup>ΕΚΚΟCYNAIMOC corr. Wilamowitz.

658 a. Ingredienti ad portam Latinam dextrorsum hominis figura efficta est lapide marmoreo. Schedae Donii et Gorii cod. Marucell. A 6.

Γῆν ἐπὶ ἡν[δ]ε [Ιτ]αλ[ή]ν ἐτάφ[η]ν, γαί[α] δ' ἐπ[ὶ] ὅκ[ε]ιμα[ι]  
ἰς μυχὸν ἀθ[α]νά[τ]ω[ν] πολλῇ κε[κ]α[λ]υμμένο[ς] ὅ[ρ]φ[η]ν.

Litterae rotundae. — 1 ΤΗΝΛΕΓΑΛΛΙΝΕΤΑΦΝΗΛΓΑΙΚΥΓΕΙΜΑΛΛ unde Ἰταλὴν incertum est. — 2 ΑΘΝΑΩΙ cf. *Ep. gr. Add.* 241 a 18 εἰς μυχὸν εὐσεβέων. — ΚΕΝΑΥΜΜΕΝΟΡΦΑ:

663 a. Romae. Amati cod. Vat. 9737 f. 70 et 9754 f. 45.

Πανκάρπου ἱερὴν κεφαλὴν φίλος ἐνθάδ' Ἀμιλλος  
μνημ]εῖοις ἐκάλυψε χαρι[ζόμενο]ς τόδ' ἐταίρω.

1 fortasse ἐνθα Κράμιλλος. — 2 in. ΠΙΜΝΕΙΟΙΟΙ cod. 9737 . .  
ΠΙΝΕΙΟΙΟΙ cod. 9754. Vide ne aliud lateat.

663 b. Romae. In schedis Cittadinii cod. Vat. 5253 f. 350 a.

. . . . . τὸν γλυκύτατον Διοφά[ν]την  
Μοιρ[ά]ων ὀλο[ο]ῖς ὑπὸ ν[ή]μασιν . . . . .  
ἄλλ]γος ἐὼν ἐτάρων ὤλε[το] . . . . .  
κοῦρον ἐ[δ]ν [Ζ]ώη [γ]α[ί]ῃ πε[δ]α[ν]ῇ κατέκρυψεν.

Praescripta sic habentur ΤΟΝΓΛΥΚΥΤΑΤΟΝ · ΔΙΟ  
ΦΑΤΗΣ

ubi quae est ante Φ nota videtur foliolum esse. — 1 ΜΟΙΡΑΩ-  
ΝΟΛΟΙ · CΥΠΤΙΟΝΥΜ — 2 ΑΓΟΟ — 3 ΕΩΝΡΩΗΤΑΤΗΠΕΑΗΝ  
πεδανὴ γαῖα, quae tamen incerta est, dicitur eadem ratione, qua  
τύμβος μικρὸς καὶ ἐπ' οὐδενος apud Leonidam Tarent. A. P. V 198.

665 a. Romae. Amati cod. Vat. 9754.

Ἐν]εακαυδεκῆτης ἔθανον Σώτηρ νέος ἀγνός·  
σῆμα δέ μοι τότε τεῦξ[ε] πατ[ήρ] κατὰ γ[ῆ]ς nomen patris.

Accentuum notae positae in ΝΕΟΟ et CΗΜΑ et ΤΕΥΞ, spiritus in  
ΑΓΝΟΟ, unde recte infimae aetatis esse titulum ait Amati. — 2  
cf. *Epigr. gr.* 399 τάφον — ἔτευξε κατὰ γῆς Κλανδία, quo eodem  
in epitaphio eadem ἀγνότης defuncti laudatur.

68 a. Romae. Io. Iucundus cod. Veron. capit. 241 f. 77' et  
cod. univers. Bonon. 851.

Θ(εοῖς) κ(αταχθονίοις)  
Ἐμ] δάμαρι τεῦξε Πανθία τάφον  
τελνων ἀ[ . . . . . ] χάριν

E litterae eadem forma quae in titulo Thasio *Ep. gr.* 325, ubi  
vide adnot. — 2 possis τελνων ἀμέμπτων nomen viri τρόπων χάριν.

682 a. Thermis Himeraeorum. Lapis ab sinistra mutilus. Ed.  
Balth. Romanus *Antichità Termitane.* (Panormi 1838) p. 113.

. . . . . Νεμηνίδα Κλεοπάτρα  
. . . . . Ἀριστοδάμου Νεμηνίδα  
χ]α[ί]ρ]ε χαῖρε χαῖρε

Μεγαλίδοξε Νεμηνίδα, σύνευνε δια Κλεοπάτρα.  
 Κούφη σεῖο, Νεμηνίδα, γαῖ' ὅστεα κεύθοι.  
 κούφη ο[ε]ῖο κέκευθε, Νεμ[η]νίδα, ὅστεα γαῖα.

In praescriptis (de quorum ratione cf. C. I. G. 5580. 5587. 5593)  
 quae ab sinistra leguntur mutila sunt:

ΛΕ

Ε

ΙΑΤΕ

1 σύνευνε nescio ad Nemenidam an ad Cleopatram referam. —  
 3 correxit nescioquis v. secundi vitia. — CIO — ΝΕΜΙΝΙΔΑ, qui  
 sunt ni fallor editoris errores. Ceterum Ἀριστόδαμος quidam Νε-  
 μηνίδα Πέρσιος ποιητής est in tit. Thermensi ap. Balth. Romanum  
*Antichità inedite trovate in Sicilia* (Panormi 1854), quem librum  
 non novi nisi ex censura Minervinii *Bull. Napolet. n. ser.* 1855  
 IV 88.

687 a. Parmae. Cod. Venet. bibl. Ciconiae 243 f. 139 ex  
 apographo Io. Dominici Bertoli; inscriptus codex *Epitaphia di-  
 versis orbis terrarum regionibus Benedicti Rhamberti Veneti dili-  
 gentia ac studio olim collecta atque ab eiusdem exemplari manu  
 descripta. MDLXI.*

— — — — —  
 πᾶσιν ἐμοῖσι λιποῦσα γόον [κ(αὶ)] αἰώνιον ἄλγος.

Traditur ΓΘΝΗ | ΑΙΩΝΙΟΝ.

698 a. Romae. C. L. Visconti *Giorn. Arcad.* 1856 vol. 144  
 p. 54.

. . . . . ἐνθάδε κεῖμαι,  
 ἤσα[ς] ἐν θνητοῖσι] κύκλους πινύρω[ν λυκ]αβάντων  
 καὶ Μήνης ἱερῆς ἔξ ἐπὶ τοῖσι κύκλους·  
 ἀλλ' εἰ νηπιάχον με Τύχη κατεθήκατο μήτηρ  
 5 τῶιδ' ἐνὶ λαϊνέῳ τύμβῳ μέγα πένθος ἔχουσα.

Litterae rotundae. — 2 suppl. Visconti. — 3 vocabuli ἱερῆς summi  
 supersunt apices. — 4 παῖδα — νηπιάχον *Ep. gr.* 698, 1 sq. ibi-  
 demque v. 3 μέγα πῆμα respondet hic ad μέγα πένθος v. 5. Cf.  
 etiam infra huius Supplementi 699 a 1.

698 b. Romae. C. L. Visconti *Giorn. Arcad.* 1856 vol. 144  
 p. 47.

Θ(εοῖς) κ(αταχθονίοις).

Ἐνθάδ' Ἐρ[ως] κεῖμαι ἐπ[ο]τύμβιος, ὥ[ς] ἔσορατε,  
 ἄ[ρ]πασθεις ἀνόμως, ὥ[ς] ῥόδον λαρινόν,  
 ἤσα[ς] τέσσερ' ἔτη [κλώ]σμαι μοιριδ[έ]οις.

Litterae rotundae. — 1 EPC — 2 cf. *Ep. gr.* 570, 3 c. adnot. —

3 ΕΤΗΡ' tamen certa sunt κλώσματα; cf. etiam *Ep. gr.* 145, 1 μοιρίδιοι κλωστήρες.

699 a. Romae ut videtur repertum, nunc in Lowther Castle prope Penrith (Westmoreland), ubi descripsit Fr. Matz.

Θ(εοῖς) κ(αταχθονίοις).

Παῖς ἔνι νηπίαχος Ἰερώνυμος ἐνθάδε κεῖται,

ὃς τριέτης ἔθανεν ἡμέρῃ ἐβδομάτῃ.

κάλλιπε δ' ἡμῖν πένθος ἐπώδυνον εἰς ὅσον αἰών,  
ἔσοχα δ' αὖ γενέτησιν, ἐπεὶ μῶνος γένετ' αὐτοῖς.

5 αἰθερὸς σε μήτ' ἰδέειν μήτε κτήσασθαι ὄφελλον,  
'Ασφαλίων· μέλλες γὰρ ἀνιάσειν με ὅσον ἥσθη  
στομυλίοισι τεαῖς νηπιαχνομένον.

Litterae rotundae. — 1 cf. ad ep. 698 a in hoc Supplemento. — 6 'Ασφαλίων quoniam impeditum est patris nomen intellegere pueruli nomen est. Itaque v. 1 Ἰερωνύμου corrigat Wilamowitz; praestat fortasse ἰερώνυμος adiectivum: nomen enim Ἀσφαλίων a Neptuno Asphalio ductum. — 7 νηπιαχέσθαι medium novum videtur.

710 a. Romae fortasse. Nihil nisi in *S. Eusebio* auctores omnes, Cittadini cod. Vat. 5253, Doni cod. Marucell. A 188 n. 107, Marini cod. Vat. 9118.

. . . . . ζω[ῆς] [π]ύματον δρόμον ἐ[σχεν]  
. . . . . τῇδ' ἐνὶ λαϊνέῃ.

1 ITYMATON omnes; post δρόμον addunt E Doni et Marini. —

2 ΥΤΗΤΗΔΕΝΤΑΙΝΕΝ Cittadini, ΥΤΗΤΗΔΗΝΙΑΙΜΕΝ Doni, eademque fere Marini, nisi quod initio VTH et in fine NEH habet. Substantivum quod fuerit ante τῇδ' non invenio, cf. A. P. VII 649 τάφῳ τῷδ' ἐπὶ μαρμαρίνῳ.

718 a. Ostiae. Amati cod. Vat. 9754 f. 13 n. 81.

Παιδὸς Τ. Φλαβίου [Ω]ριγένου ὃδε τύμβος . . . .

μήτηρ ἥδ' πατήρ πόλλ' ἀεκαζόμενοι.

ἀθανάτη ψυχὴ μὲν ἐν αἰθέ[ρι] καὶ Διὸς ἀγαῖς

π[ω]τάτε, σώμα [δ] ἐ γ[αῖα] . . . . .

Tres traduntur aequali longitudine versus, quorum primus in ΟΔΕΤΥ (v. 1) desinit, alter pentametrum continet, tertius hic est ΡΙΚΑΙΔΙΟCΑΥΓΑΙCΠΟΤΑΤΕCΩΜΑΛΕΓ. Itaque a dextra sat multa videntur periisse. — 1 ΟΡΙΓΕΝΟΥ — 2 Odyss. v 277 πόλλ' ἀεκαζόμενοι. — 3 cf. *Epigr. gr.* 288, 4 et Iliad. N 837. — 4 metrum vitiatum; πωτάτε i. q. ποτάται.

722 a. Romae in vinea del Grandi ad viam Labicanam descripsit Dessau.

Θεοῖς χθονίοις.

Ἐννεακαιδεκ[ε]τη ἀπεθήκατο Πρωτόκτιτος

Νυμφιδίαν· γνώσ(σ)ει τὸ γλυκύ μοι δίδυμον.

Κρημικὸς τῇ ποθουμένη καὶ Νύμφῃ ἀδελφῇ ἐποιοῦν.

1 ΔΕΚΑΤΗ lapis. — Intellege undeviginti annorum *Nymphidiam sepe* *pelivit Protocetus, gemellam sororem dulcissimam, quam nosse te* *puto. Creticus uxori (vel sponsae) desiderabili et Nympha sorori* *fecerunt.*

723 a. Loco ubi repertum sit non indicato (praecedit titulus Barcellonensis latinus) cod. Ambros. P 65 sup. f. 11, qui liber continet inscriptiones ab Augustino Valvio Casimiro Accursio aliisque recentioribus elucubratas, item alias veteres et recentes collectas a Io. Vincentio Pirello.

Βλάστημα νέων, κῦδος γένους, ἄνθος ἐταίρων,

ἔθανες [ὦ]κύμ[ο]ρος, Εἰσέβιε, θνητὸς ὑπάρχων.

θάρσει, Εἰσέβιε, ἀθάνατος οὐδεὶς.

Litterae vulgares. — Vide ne novicia sit inscriptio. — 2 ΟΚΥΜΩΡΟΣ.

729 a. Romae in coemeterio. C. I. 6237 ex Fabrettio.

Ἡράκλεις χρησιτὸς καὶ ἄμειπτος ἐντάδε κείται.

ἔζησεν ἐνιαυτὸν, μῆνας ἐπτά· Εἰρήνῃ μήτηρ υἱῷ [γ]λυκυτάτῳ  
τίτλῳ ἐποίησεν.

Titulus est christianus, eo memorabilis quod inter singulas syllabas interpunctum est. — ΚΛΥ·ΚΥ·ΤΑ·ΤΩ traditur.

729 a Apud Forum Iulii. Eduardo Gerhard misit Comes della Torre a. 1834.

Ὅς πάσῃ σοφίῃ τε καὶ ἀγλαίῃ ἐκέκαστο,

Ρ ἥρωος Δουεῖνος ἀγακλ[υ]τὸς ἐνθάδε κίτε, Ρ

κώμης Διενκάνων [π]ανευδέμονος Γαλατίας.

Viri pagique nomen rectene sic scripta sint non diiudico. — 2 ΑΓΑΚΛΙΤΟΣ quod potest verum esse pro ἀγακλειτός. — 3 ITAN.

733 a. Syracusis in crypta D. Ioannis in pariete calce obli-  
lito pictoque litteris rubris. Gualtherus *Siciliae antiquae tabulae*  
ed. Messin. p. 14 n. 102.

Εὐμοίρει

Εὐμοίρει

Οὐλπ[ίαν] δέξ[ο], τεκοῦσα, Θεοκτίστην λαγόνε[σσιν].

Θεοκτίστη

[Θεοκτίστη]

Titulus christianus. — Versus sic scriptus:

ΠΩ

ΟΥΛΠΗΑΔΕΞΕ

ΤΕΚΟΥΣΑΘΕΟΚΤΙΣΤΗΝ

ΛΑΓΟΝΕΙΩΝ

Ad dextram nomen mulieris fortasse ultra necessitatem supplēvi.

## II. Dedicatoria.

**756 a.** Sub Cithaerone lapis inventus prope Krekouki oppidulum. Ed. Haussoulier *Bull. de corresp. Hell.* II 589.

Ἀμάτρο[ς] τόδ' ἄγαλμα . . . . .

ἐνθάδε γ' [εἰ]σοράοντα σέ[βας] θέσαν ἄνδρες οἷδε·

Τεισαμενὸς Φυδάδας καὶ . . . . .

V saeculi. — Ab initio singulis versibus singulae litterae perierunt.

— 2 ΝΘΑΕΓ) ΞΘΡΑΘΝΤΙ editor haec se legere significavit ἐνθάδε γὰρ δόραοντα, cui lectioni si fides esset versu primo ἀπαρχήν vel tale quid fuisse coniecit Herm. Roehl collega. — De particula γε pronomini vel adverbii demonstrativo subiecta cf. *Ep. gr.* 742 adn.

**773 a.** Athenis ad Asclepieum. Cumanudes *Athenaei* VI 371 n. 5. Infra duo equorum capita.

. . . . . νανθ . . . . .

. . . . . τῶμπετρῶν ἡγεμόνο[ς] . . . . .

. . . . . ν σωθεῖς δέ, Ἀσκληπιέ, το . . . . .

. . . . . ν ἐς τέμενος· τῷ δίδου εὐτυχίαν.

IV saeculi; scriptum σωθεῖς v. 3 et δίδου v. 4. — Supplere nihil audeo, nec v. 4 εὐτυχίαν certum est.

**773 b.** Athenis ad Asclepieum fragmenta duo, quorum prius ed. Cumanudes *Athenaei* VI 137 n. 14, alterum addidit Koehler *Mitth. d. arch. Inst. in Athen* 1877 II 241.

1. — — — — —

Τηλέμαχος σ' ἱέρωσε Ἀσκληπιῶι ἥδ' ἑμοβώμοις  
πρῶτος ἰδρυσάμενος θυσίας, θείαις ὑποθήκαις

— — — — —

2. σαῖς ὑποθημοσύναις, Ἀσκληπιέ . . . . .

βωμὸν τὸνδ' ἐπό[ησε] . . . . .

IV saeculi teste Koehlero, qui v. 1 supplevit ex alio titulo ibidem invento (cf. Cuman. l. s. s. p. 138 n. 15):

Τηλέμαχος ἰδρύσατο

. . . . . ον καὶ τὸν βωμόν

Ἀσκληπιῶ κτλ.

1. ἑμοβώμοις deis i. e. Hygieae Iasoni Acesoni Aeglae Panaceae Podalirio Machaoni, cf. n. 1025 b in hoc Supplemento. — 3 et 4 ὑποθημοσύνας et ἐπόησε suppl. Koehler.

Ante n. 776 (775 a). Dodonae tabula aenea. Ed. Constant. Carapanos *Dodone et ses ruines* (Paris 1878) tab. XXII. Cf. Eggeri adnot. vol. II.

Θεός: τίχα.

Ζεῦ Δωδώνης μεδέων,  
τόδε σοι δῶρον πέμπω παρ' ἑμοῦ  
Ἀγάθων Ἐχεφύλον καὶ γενεά,  
πρόξενοι Μολοσσῶν  
5 καὶ συμμάχων,  
ἐν τριάκοντα γενεαῖς  
ἐκ Τρώας Κασσάνδρας γενεά  
phallus  
Ζακύνθιοι.

Sunt dimetri anapaestici tres, integri duo praeter hiatum vitiosum v. 3, primus uno pede brevior, quem explere potuit Ζεῦ Νῆις Δωδώνης μεδέων. Quae secuntur num essent numeris adstricta diu dubitabam; ut crederem fecit aequabilitas versuum 5 et 8. — Donum posuit Agatho Zacynthius Molossorum et sociorum πρόξενος διὰ βίου, qui gentis originem triginta aetatibus ab Cassandra deduxit; et bello Troiano DCCCC fere annis titulum recentiore esse persuadet litteraturae genus. Quam originationem qua ratione probare ille potuerit non nostrum est sciscitari, cum praesertim ne quo ex patre quidem Cassandra pepererit cognitum habeamus: de Agamemnone, ut recte observat Wilamowitz, propter Troianam (v. 7) gentis originem cogitari nequit. Qui aliter titulum explicandum adgressus est W. Christ (*Mus. Rhen.* XXXIII 610) satis mira protulit mirumque quantum ipse sibi placet quod epigramma non 'vulgari inscriptionum metro' (haec ipsius verba sunt), sed 'colis periodisque lyricis' conceptum esse πρώτος εἶπεν.

827 a. Paro in insula. Μουσεῖον καὶ Βιβλιοθήκη τῆς εὐαγγελικῆς σχολῆς Smyrnae 1878 p. 6.

Δῶρῳ τῷ Δ . . . . .  
Πᾶνά τε καὶ Ν[ύμφας . . . . .  
ἀνθ' ὧν εὐτυ[χήην . . . . .  
καὶ χθονὸς . . . . .  
5 ἐγγαίας ΑΟ . . . . .  
ΟΙΤΕΑ. ΤΟ . . . . .

V. 1 nisi describendo erratum est talia fere fuerunt

Δῶρῳ τῷ Δ[ιοκλέους ἀνακείμενον ἐνθάδ' ἄγαλμα  
Πᾶνά τε καὶ Ν[ύμφας καὶ Λόνυσον ὁρᾷς

ad exemplum Leonidae Tarentini A. P. VI 154 coll. Sabini ep. *ibid.* 158. — 2 Νύμφας editor; hemistichion Πανὶ τε καὶ Νύμφαις Macedonius A. P. VI 176 et *Epigr. gr.* 827, 1. — 3 sqq. ἀνθ' ὧν precatur ille εὐτυχήαν καὶ χθονὸς εὐκαρπίαν vel similiter idque non

sibi solum sed etiam filiis nepotibusque οἱ τε α[ὐ]τ[ῶ]ν γενεᾷ τ' ἔλβια πάντα νέμειν (v. 6). Cf. Leonidae l. s. s. v. 7 sq.

ἀνθ' ὧν εὐνδρον, Νύμφαι, τόδε δῶμα γέροντος

αὔξειε, Πὰν γλαγερόν, Βάκχε πολυστάφυλον.

828 b (828 a v. *Add.* p. 532). Ἐπὶ τοῦ πλησίον τῶν Πατρῶν Παναχαιοῦ ὄρους. Cumanudes *Athenaei* 1878 p. 210 ex lapide.

Νύμφαις Ναιάσιν, καλαῖς κούραις ἀνέθρηκεν

. νδία τρισσὰ θεαῖς εἵνεκεν εὐχαρίης.

